



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatologus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Seueriano episcopo. Capitulu[m]. xxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



gnouerunt: ipsum efferebantes et iugulantes dimiserunt. Lulus corpus auernis sepultum est. Kadabertus autem qui ipsum occiderat non multo post consumptus a vermibus exspirauit. Alius vero de interfectoribus: dum venaretur ex equo decidens fracto dextro brachio ossibus membris debilitatur. Qui ad penitentiam reuersus oras ad sancti martyris sepulchrum: salutem obrinuit: et vas argenteum decem marcharum pro sine liberationis beneficio in munus obtulit. Passus est autem martyr christi una cum sancto Marino abbate. viij. kalen. february.

De sancto Severiano episcopo. Capitulum. xxiij.



**Severianus episcopus**

Severianus episcopus gabalitane civitatis admirande sanctitatis et doctrine vir extitit: qui post laudabilem conversationis vitam: et salutifere predicationis doctrinam apud eandem urbem in pace quiescit. viij. kalen. february. Hic est ut genadius scribit in scripturis divinis eruditus et in homeliis declamator eximius: exposuit epistolam pauli ad galathas. Et de baptismo et epiphania solennitate libelli insignem composuit. Hunc iohannes constantinopolitanus episcopus et archadius imperator frequenter constantinopolim evocabat: ut eius sermones audiret: quorum tempore ipse claruit: hec genadius de viris illustribus.

De sancto Policarpo episcopo et martyre. Capitulum. xxiij.



**Policarpus**

Policarpus episcopus et martyr et discipulus iohannis euangeliste fuit: et ipsius auditor. Hic ut habetur. iij. libro historie ecclesiastice: fuit episcopus smyrnensis. sanctitatem gratam atque doctrinam catholicam fidei admodum insignis. Qui cum iam esset etate maturus: vidit quadam nocte per somnium ceratocal suum flammis esse consumptum: et praedixit fratribus se per ignem martyrem futurum. Regnantibus vero marco antonio et lucio aurelio quomodo imperatoribus: christianorum persecutione feruente missi sunt ad eum apparatus proconsulis asie: ut eum tenerent. Quos ille gratanter suscepit: et in mensa refecti: et postea secum iuit. Et dum coram proconsulis tribunali christum viva voce confiteretur: exclamato clamore gentium et iudeorum contra eius iussu proconsulis traditur ignibus concrematus. In quo dum esset immixtus flammarum globis undique valabatur: ita ut ipse in medio incendii sibi cedentis in modum camere staret: et deum glorificans comburi non posset. Tunc spiritus

culator accedens lancea ipsum transdidit: et sanguinis pro uiuo ignis extinguitur fuit. Cuius reliquias christiani sepelierunt in ciuitate smyrne. Post cuius transitum. xij. alij discipuli qui erant a laodicia venientes secuti fuerunt: martyrium passi sunt in eadem ciuitate. Hic beatus episcopus ob quasdam pasche questiones romam veniens antonio pio imperium gubernare: anacleto vero papa romane tunc ecclesie presidere: plures christianos martionis et valerini hereticorum irretitos laqueis: ad fidei catholicam conuertit. Scripsit autem ad philippenses. epistolam vtilis valde. Passusque est martyrium annu agens etatis. lxxvi. die. viij. kal. february. Hec Hieronymus de illustribus viris.

De sanctis Theogene et socijs mar. Cap. xxv.



**Theogenes**

Theogenes martyr cum alijs. xxvi. christianis martyrii passi sunt in eadem ciuitate laodicie pmissa persecutione regere: qui cotinentes temporalem mortem coronas vite eterne adepti sunt. viij. kalendas february: ut dicit Hieronymus.

De sancto Jona ppheta. Cap. xxvi.



**Jona propheta**

Jona fuit de oppido geth que est in opphira ad differentias geth que est in palestina: et est nomen regionis. Ophira est nomen est turris nebulosae: que non longe erat a templo.

Hic hebrei affirmant illi fuisse mulieris vidue sareprane sidoniorum: ad quas belias famis tpe declinavit: ipsumque mortuum suscitavit. Que remporibus hierodotus filii iouis regis israel claruisse: prophetiam quoque exorsum fuisse: quod liber regum commemorat. In condemnatione autem israel tonas ad gentes mittit quod nunc agente penitentiam illi in malicia pferuabatur. Qui idcirco ad ninivitas predicandis ire recusabat: quod cum prophetia illuminata: perdores ciuitatis ninive misericordiam dei consecuturos sperare ne falsa videret predictare sententiam pro eis placam reuocari volebat diuine dispensationis ignarus qui salutem hominum ad se reuertentium magis vult quam interitum. Ideoque se a facie dei fugere putans: descendit ioppem: ascendit nauem euntem in tarsum: deditque nauulum nautis. Sed de cuius voluntati nemo potest resistere: qui et eentia est ubique: misso vero validissimo tempestate turbauit mare: periculat nauis: timore nauis: et inuocato domino de salute desperantes more arborum perdo alicui eorum periculum cunctorum ascribit: hostem illi forte ingrendum decernunt. Jona forte despondit: spore in mare mittit: et tempestas sedat. Jona deo dispensante cetera deglutit: et post triduum eundem in aridas ille sum euomit. Jona flagello dei correptus ninive intrat: iudicium subuersionis post dies xl.